



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

VI. An facta stipulatione pro absente aliis qui de iure absente stipulari  
possunt promissio, seu donatio reuocari valeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



publicæ, & personas publicas posse alteri stipulari probat lex 1. §. exigere ff. de magistratib. conuenient. & leg. cum pro quo ff. de in ius uocando. Tertio Notarij ferui appellatur publici, vt ex legibus adductis constat, & probat Tiraquel. de iure constituti 3. p. limit. 30. num. 33. & de nobilit. cop. 30. n. 9. at feruus dominio stipulari potest, ergo, &c.

10 Nihilominus spectato iure communi, & seclusa consuetudine alienius regni vel prouincie verius existimo acceptationem Notarij in instrumento publico extra iudicium non reddere promissionem firmam, & irreuocabilem. Sicuti docuerunt Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 99. & seqq. Sanch. l. 1. disp. 7. n. 11. Azuacedo. l. 5. recopilat. tit. 16. leg. 2. num. 25. Decisio Peacmont. 70. num. 2. & seq. Andr. Fachin. l. 8. controu. cap. 91. & alij innumeri apud ipsos. Moneor, quia nullibi habetur notariis hanc concessam esse facultatem pro alijs stipulandi in priuatis negotijs & contractibus, Nam leges omnes pro contraria sententia adductæ, in quibus feruus publicis Tabellaris vulgo Notarijs concedebatur cautiones & stipulationes pro absentibus interponendi, loquuntur de cautionibus pretorijs, & iudicialibus, non autem de cautionibus, & stipularijs pro negotijs & contractibus priuatis. Neque ex eo quod feruus possit stipulari pro domino inferitur Notarium esse feruum publicum esse posse stipulari pro singulis, quia non est singularum feruus, sed Reipublice leg. 1. §. feruus ff. de questionib. Præterquam quod illa qualitas feruitutis iam à notarijs abolita est. Vt colligitur ex leg. generale Cod. de Tabularijs iuratis leg. ult. Cod. de feruis reipubl. manumit.

11 Secundo dissentiunt doctores, an in fauorem causæ piæ quilibet priuata datum sit stipulari posse? Negat Anton. Gabriel. tit. 3. commun. lib. 3. tit. de verbor. obligat. conclus. 1. n. 7. & alij relati per Tiraquel. in priuileg. piæ causæ, priuileg. 114. n. 3. Ducuntur eo quod non sit textus hanc facultatem quilibet priuato concedens. Quinimo ex cap. quamquam de censib. l. 6. videtur id negatum, cum tanquam quid fingere parochi concedatur posse stipulari pro rebus malè partis retentiendis. Nihilominus verius est hoc priuilegium quilibet priuato in fauorem piæ causæ competere. Sicuti docet Glossa communiter recepta in capite quorundam cordis 1. quest. 7. Iason. leg. qui Rom. §. Flauus numer. 24. & leg. stipulatio ista §. alteri numer. 6. ff. de verbor. obligat. & priuatis relatis Tiraquel. dicto priuileg. 114. numer. 1. Molin. lib. 4. de primogen. capite 2. numer. 65. Couarruu. 1. resolut. capite 14. numer. 13. Gutier. in repetit. capit. quamuis pactum in princip. numer. 55. Sanch. lib. 1. de sponsal. disp. 7. num. 10. Lessius lib. 2. cap. 18. dub. 7. n. 47. Rebel. de obligat. 2. p. l. 18. q. 3. n. 1. & passim videretur colligi ex leg. Caius ff. solutio matrimonij. vbi fauore dotis deciditur posse alterum pro altero stipulari. Sed causa piæ eodem priuilegio dotis gaudet. Vt probat Euetard. in loco à dote ad causam piæ ergo.

Neque obest Textus in cap. quamquam, ibi enim vt singulariter conceditur Parocho, quia eius proprium est fidelium subditorum conscientijs, de quo in predicto Textu notantur agebatur, consulere potius, quam de causa piæ.

12 Tertio dissentiunt Doctores, an in regno Castellæ quilibet priuatus pro altero stipulari possit eo quod in leg. 2. tit. 16. lib. 5. recopilat. omnes solemnitates antique stipulationis sublate sine, solumque requiritur vt appareat promittentem se voluisse obligare vt obligatus censetur quod testimonio cuiuslibet priuati promissionem acceptantis consistere facile poterit. Atque ita in hoc regno alterum pro altero stipulari posse docuerunt Greg. Lopez. leg. 48. tit. 5. par. 1. & leg. 7. tit. 11. par. 5. verbo etiam persona, Couarruu. de pactis 2. p. §. 4. numer. 10. vers. 13. Gutier. repetit. leg. unica Cod. quando non petunt. par. numer. 35. & de iuram. 1. p. cap. 3. 6. numer. 3. Matienzo lib. 5. recopilat. tit. 1. leg. 2. §. 5. numer. 6. & ibi Azuacedo. n. 30. P. Molina. tract. 2. disp. 264. in fine.

13 Verum esto hæc sententia satis probabilis sit veritorem existimo quam tradit Sanch. lib. 1. de matrimonio. disputat. 7. numer. 28. per acceptationem illius cui nihil interest non reddi promissionem irreuocabilem. Quod etiam videtur docuisse Couarruu. lib. 1. var. cap. 14. numer. 13. Molin. lib. 4. de primogen. cap. 2. n. 69. & seqq. Burgo. de Paz. 4. to. 2. n. 14. Rebel. 2. p. de obligat. in tit. lib. 18. §. 2. numer. 6. quatenus afferunt notarij acceptatione adhuc reuocari promissionem posse à promittente ante promissarij acceptationem, & loquuntur etiam posita lege nostri regni. Ratio autem videtur efficax. Nam iure naturali spectato nequit obligari promittens ad suam promissionem exequendam, quouique is cui interest eam ratam habeat, quia beneficium in mutuum conferri non debet: at dicta lex regia non imponit hanc obligationem cum non intendat immutare ea quæ ex iure naturali proueniunt, sed solum solemnitatem stipulationis iure ciuili inducendam. Quod sic manifestatur. Nam dicta lex inquit parendo que aliquis se quis obligat: at nemo præsumendus est velle se obligare ad donandum antequam donatarius ratam habeat donationem. De hoc igitur qui se obligare intendit subdit lex, y no pueda poner excepcion que no fue echo est. stipulacion o que fue echo el contrato entre absentes, o fue echo a otra persona priuada en nombre del otro entre absentes. his namque verbis excludit lex ne promittens ab exequenda

Ferd. de Castro. de iuri. & iur.

promissione excusari possit, ex eo quod stipulationis solemnitas non interuenierit, vel ex eo quod alteri pro altero absente factus fuit, nihil enim horum potest opponi, bene tamen opponi potest defectus ratihabitionis eius cui promissio interest, quia hæc exceptio à lege non excluditur quin potius in ipsa continetur cum dicit, parendo que alguno se obligar. at nemo videtur se obligare velle quouique is cuius interest promissio, seu donatio eam ratam habeat.

PUNCTUM VI.

An facta stipulatione pro absente, ab ijs qui de iure pro absenti stipulari possunt promissio seu donatio reuocari valeat?

- 1 Cum promissio, & executio in absentem dirigatur & non in eum qui præsens acceptat, reuocari potest.
- 2 Promissio in præsentem dirigi debet, tamen si executio in absentem dirigatur.
- 3 Si promissio sub hac forma concipiatur, promitto me datum Titio centum potest à præsentem acceptari.
- 4 Postea acceptatione promittens, seu donans reuocare nequit.
- 5 Assumant plures ex consensu acceptantis pro absente reuocari donationem in posse.
- 6 Contrariam sententiam alij asserunt.
- 7 Sub distinctione questio soluitur.

Cum promissio, & executio in absentem dirigatur, & nullo modo in eum qui præsens acceptat. Vt si diceres promitto Titio absenti centum, nullam inde contrahis obligationem sed reuocare promissum, seu donatum potes interim dum absens non acceptauerit. Vt docuit Couarruu. cap. quamuis pactum de pactis 2. p. §. 4. numer. 9. & 13 Sanch. lib. 1. disp. 7. n. 3. Lessius lib. 2. c. 18. dub. 7. n. 4. 9. Nam contractus esse non potest, quin duorum voluntates vniantur leg. 1. ff. de pactis. At si promittens absentem solum cum absentis voluntate vniit potest, nam esto qui præsens est pro absente acceptat cum ipsum non alloquaris nequit cum eius voluntate tua voluntas coniungit. Ergo ante acceptationem absentis non est contractus, & consequenter neque obligatio. Quod adeo verum est vt esto promittentes Ecclesiæ, Hospitali, aliteriue causæ piæ absenti, nullam obligationem exequendi haberes ex acceptatione eius qui præsens est, & cui promissio non dirigatur, sed oportebit accedere acceptatio administratoris Ecclesiæ, Hospitalis, seu causæ piæ. Sicuti notauit Sanch. d. disp. 7. n. 10. in fine.

Quocirca vt præsens cui de iure competit pro absente stipulari, valide stipulari possit, debes ipsi tuam promissionem dirigere, tamen eius executio in absentem dirigatur, sicuti cum sub hac forma promissionem concipis. Promitto tibi me datum Petro centum, ecce promissio tibi dirigatur promissio tamen fit Petro absenti, alius si tibi directæ non fit nequis promissionem acceptare, quia nequis acceptare quod nullo modo tibi oblatum est.

Sed dubium est. An censetur præsentem tuam promissionem dirigere, cum sub hac forma concipis promissionem. Promitto me datum Titio absenti centum. Et ratio dubij est, quia hæc verba indifferentia sunt, nec determinant cui promittas, aut presentem an absentem, & potius absenti si videntur annexi, cum in eum donatio referatur. Si enim cum hæc verba proferes plures essent præsentem, alij quibus datum est pro absentibus stipulari, alij quibus id denegatum est. Colligi non potest in quo horum promissionem acceptare, tamen si nullus inhabilis existat, discerni namque non poterit in quem illorum tuam dirigas promissionem. Ergo illa promissio non est censenda præsentem facta, vt ab eo acceptari valeat. Atque ita docent Bart. leg. stipulatio ista §. si stipuler. n. 2. vers. certius modus & leg. si ita stipulatus §. Chrylogonus n. 1. vbi Angel. ff. de verbor. obligat. Anton. Gabriel. tit. 3. commun. l. 3. tit. de verbor. obligat. conclus. 1. n. 60. & colligitur ex dicto §. Chrylogonus, ibi quod patrono dari licetius stipularius est inutile est.

Cæterum placet dictam promissionem acceptari à præsentem posse si sua interest. Sicuti tanquam indubitatum docuit Iason dicta leg. stipulatio ista §. si stipuler. numer. 10. & ibi Immo. Alexand. Roman. Cuman. Paul. dicto §. Chrylogonus, quos refert & sequitur Sanch. dicta disp. 7. n. 3. Lessius l. 2. cap. 18. dub. 7. n. 49. & colligitur ex d. §. si stipuler. ibi. Si procuratori meo dari stipulatus sum vires habebis, & si creditori meo quia interest mea. Ratio est, quia esto hæc verba ex se indifferentia sunt, attamen spectato communi vsu loquendi ( qui in verbis est spectandus, cap. ex litteris el. 1. de sponsalib. in præsentem communiter referuntur, maxime cum præsentem interest ea promissio, ne inutilis sit, & effecta careat. Ex qua ratione soluitur fundamentum oppositum, nam quamuis præsentem sint tum gaudentes potestate stipulandi, tum ea contentes promissio censenda est dirigi ad eos qui potestatem habent eam recipiendi, repote qui actum firmum reddere possunt, & præsumptio semper desumenda est in fauorem

P uorem



uorem valoris, & similitatis actus potius quam in illius destru-  
tionem, vt multis probat. Menoch. lib. 6. tota presump. 4.  
Quando vero plures adessent qui stipulari possunt ad omnes, &  
singulos promissio dirigitur, cum quilibet possit independenter  
ab alio stipulari.

Dixi si sua i. vers. censetur autem stipulanti interesse stipula-  
tionem non solum quando ex ea commodum aliquid pecunia-  
rium percipit, sed quoties ad iure designatus est absentium stipu-  
lator, vt colligitur ex Sanch. dicto lib. 1. de sponsalibus disp. 7.  
num. 12.

4 Posita autem legitima acceptatio est promissio, seu donatio  
non veniat exequenda quouique promissarius, seu donatarius  
promissionem, seu donationem ratam habeat, atamen promit-  
tens, seu donans eam reuocare non potest, sed necessario expe-  
ctare debet, an donatio donatum placeat, vel displiceat. Si-  
cuti pro certo tradit Molin. disp. 264. §. iure etiam. Sanch. lib. 1.  
de matrim. disp. 7. num. 3. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 18.  
quæst. 3. n. 3. et 5. Less. lib. 2. cap. 18. dub. 7. num. 50. Hoc autem  
intelligendum est in promissione, seu donatione omnino liberali,  
nam si sit onerosa, & respectiva, vt esset donatio facta sub onere  
alicuius facti, vel tributi soluendi optime poteris reuocare in-  
terim dum in cuius fauorem fit donatio non acceptat, nam  
presens cum non habeat mandatum vt nomine donatarij se obli-  
get ad onus pro donatione iniunctum exequendum, nequit po-  
testatem habere acceptandi donationem sub eo onere, quia ne-  
quit ea donatio onere reiecto acceptari. Sicuti aduertit Molina  
lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 56. et 71. Guercio. cap. quamuis  
pactum in princ. n. 55. Mol. disp. 264. §. quinto quando. Sanch. lib.  
1. de matrim. disp. 7. n. 12. Less. lib. 2. cap. 18. dub. 7. n. 51.

5 Sed questio est. An ex consensu illius qui donationem libera-  
lem in fauorem absentis acceptauit possit eam reuocare ac si ac-  
ceptata non esset? Affirmant Aymon Cassianu. Alexand. & Car-  
ol. relati a Couarruu. varior. cap. 14. num. 13. vers. tertio &  
collector. decis. Pedemont. decis. 70. n. 14. probabile reputat Less.  
lib. 2. cap. 18. dub. 7. num. 50. Fundamentum est tum regula 35.  
ff. de regul. iuris. ibi. Nihil tam naturale est quam eo genere  
quidquam dissolui quo colligatum est. Sed voluntate illius qui  
nomine absentis acceptauit colligatum est absenti. Ergo eius dis-  
sensu, & voluntatis reuocatione dissolui poterit. Præterea illa  
promissio, est in fauorem absentis cedat, non tamen ipsi facta  
fuit, sed ei qui acceptauit, ergo ipse cedere potest. Nullum enim  
ostendi potest ius, quo ea cessio, & acceptationis reuocatio impe-  
diatur. Item stipulans cui ex officio, aut mandato donatarij non  
incumbit illius curam habere, non tenetur donatarium monere  
de promissione in eius fauorem facta, sed id omittere potest, qua  
omissione inutilis redditur promissio, sed reddere inutilem prom-  
issionem ac reddere cassam parum differunt, ergo cum possit  
eam reddere inutilem, poterit & cassam reddere.

6 Contrarium tamen sententiam nimirum non posse ex consen-  
su stipulantis legitimè promissionem liberalem ante ratifica-  
tionem absentis, in cuius fauorem cedit reuocari docuit. Senatus  
Pedemont. vt in dicta decis. 70. num. 14. refertur Matthæus de  
Afflicis ibi. Couarruu. dicto tit. 1. var. cap. 14. num. 13. vers. ter-  
tio. Sanch. lib. 1. disp. 7. num. 37. Lessius lib. 2. cap. 18. dub. 7. n. 50.  
Ducuntur ex eo quod ius est illi tertio nempe donatario qua-  
situm media stipulatione, quod ius non videtur amplius ab stipu-  
latione pendere.

7 Ceterum in hac re distinguendum censeo si stipulatio stipu-  
lanti onerosa sit eo quod acceptauit promissionem sub onere  
aliquo sibi iniuncto poterit acceptationem elidere te consentien-  
te, quia potest ex tuo consensu ab onere iniuncto solui, quo so-  
luto corruit acceptatio que sub eo onere, & conditione facta  
erat, & in hoc sensu vera est dicta regula iuris vinculum solui  
eodem vi qua colligatum est. Sic Lessius loco citato. Quando  
vero stipulans non repromisit, sed absque vilo onere acceptauit  
adhuc subdistingui debet, si promissio, vel donatio in commo-  
dum absentis facta intuitu stipulantis, & ob illius gratiam cen-  
seatur præstita credo eius reuocatione cessare, quia non est causa  
cur præsumatur absentis ius firmiter acquisitum, cum in gratiam  
stipulantis tantum acquisitum fuerit. Præterquam quod eo casu  
cessat finis ob quem absenti fit donatio, ac proinde donatio ces-  
sare debet. Sicuti tradit Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 18.  
quæst. 3. num. 5. Si vero in gratiam absentis donatio facta sit, &  
stipulatio solum fuerit conditio vt donans obligetur, cum ea obli-  
gatio stipulatione facta confurgat, non est cur ab stipulatione  
amplius pendeat, & in hoc sensu sententiam Couarruu. & Sanch.  
verissimam reputo.

PUNCTUM VII.

An facta donatione seu promissione grauamen ali-  
quod imponere possis, aut impostum remouere?

- 1 Ante acceptationem potes, secus post.
- 2 Expenditur cum fideicommissum institutum est, an postea  
grauamen ex consensu primi donatarij dissolui? Propo-

- 3 Nuncur aliqua certa.
- 4 Negant plures dissolui posse.
- 5 Verius est oppositum.
- 6 Satisfit fundamentum contrariis.
- 7 Adueniente tempore quo fideicommissum tradendum est,  
posse primum donatorem reuocare ante illius tertii ac-  
ceptionem docuerunt plures.
- 8 Contrarium est verius.
- 9 Spectato iure nostra regio certum.
- 10 Actionem tertio competentem pro recuperanda re sibi de-  
nata plures censent esse realem.
- 11 Verius est spectato iure communi solum actionem perso-  
nalem non rei vindicationem competere.
- 12 Fundamentum oppositum soluitur.
- 13 Secus dicendum est inspecto iure nostro regio.

Ante acceptationem manifestum est te posse donationem  
Anus, & grauamen annexere, vel auerxum tollere. Si enim  
vt superius dictum est potes donationem reuocare, a fortiori  
poteris eam hoc vel illo modo præstare. Secus vero est post ac-  
ceptionem legitimam, nam tunc ius donatario quantum est  
quod tolli aut immutari abique eius voluntate nequit. Sicuti ha-  
betur leg. præstata. Cod. de donationib. que sub modo, & probat  
Couarruu. 1. var. cap. 14. n. 1. Mol. tract. 2. disp. 265. in fine. Less.  
lib. 1. cap. 18. dub. 9. & omnes.

Difficultas autem est quando donatio facta est alicui sub con-  
re, & conditione, vt post certum tempus Titio vel Ecclesie re-  
stituatur, possit ne hoc grauamen maxime consentiente primo do-  
natario tolli? in qua questione aliqua vti certa alia sub opor-  
ne. Primo certum est, si ab eo tertio prædictum fideicommissum  
fuerit acceptatum irrevocabile esse, quia comparatione illius  
est completa promissio, cui iuxta dictam leg. præstata nulla  
tatio accedere potest, siquid aduertunt Doctores omnes referen-  
di. Secundo si grauamen in fauorem tertij appositum iniquum  
esset mandati executioni non est reuocandi locus, quia eo ipso  
censetur ab eo tertio acceptatum. Vti aduertit Couarruu. 1.  
varior. cap. 14. num. 13. in fine et num. 14. Iulius Clarus lib. 4.  
receptat. sentent. §. donatio quæst. 13. Molin. disp. 265. §. quando de  
res Less. lib. 2. cap. 18. dub. 9. in fine. Tertio si donator obit an-  
tequam veniat tempus restitutionis, ino antequam ille tertius fi-  
deicommissum acceptet firmum, & irrevocabile est, cum non  
possit ab hæredibus donatoris reuocari ipsi enim in potestate re-  
uocandi non succedunt, vt probat lex quæst. 3. Cod. de donati-  
onib. que sub modo, et leg. 3. ff. qui sine animi iussione, et leg. 3. ff.  
de seruis exportandis, et leg. 1. in fine Glossa ibi verbo si iam  
discesserit Cod. si mancipium ita fuerit alienatum, & tradit ex  
communis Couarruu. n. 17. Iulius Clarus circa finem Mo. §. quando  
donatur. Lessius dicto dub. 9. n. 6. Quarto si ille tertius in eius  
fauorem grauamen appositum est sit ciuitas, Ecclesia, vel causa pia  
reuocacioni non est locus, cum pro iis cuiuslibet singularis ac-  
ceptatio sufficiat, vt probat lex vt inter. 23. Cod. de seruant. Ec-  
cles. & docet Couarruu. dicto cap. 14. num. 14. Molin. disp. 265. §.  
quando res Less. dicto dub. 9. num. 67. Quinto, cum donatio  
grauamen est appositum in fauorem tertij perpetuum, vel  
contingit in maioratus institutione, facta acceptatione per pri-  
mum institutum omnes sequentes censentur acceptasse, quia  
nomine omnium iure sic disponente acceptauit, alia enim ac-  
ceptatio impolssibilis est. Sicuti tradunt Roden. Suar. in leg. que-  
niam in priorib. q. 8. per totam. Cod. de inofficijs testam. Antea.  
Gomez, leg. 40. Tauri num. 33. et 34. Molin. lib. 4. de primogen.  
cap. 2. num. 75. Mieres tract. de maioratib. quæst. 24. per totam.  
Angulo leg. 1. tit. 6. Gloss. 8. num. 21. et segg. lib. 3. Azevedo dicto  
lib. 5. tit. 7. leg. 11. num. 18. et segg. Molina Iesura. tract. 2. disp. 265.  
265. §. in primis Gutierri. præd. lib. 2. quæst. 52. Tandem spectato  
iure nostro regio. leg. 3. tit. 16. lib. 5. recopilat. assumit Molin.  
Iesura dicta disp. 265. in fine. Azevedo alios referens reuocari  
Iesura dicta disp. 265. in fine. Azevedo alios referens reuocari  
acceptatum, quia satis est fuisse acceptatum a fideicommissario,  
cum alter pro altero iuxta prædictam legem stipulari possit. Vt-  
rum hoc assertum ex prædicto fundamento nobis non probatur.  
Superius namque docuimus dictam legem regiam corrigere  
tantum solemnitatem stipulationis iure communi in ducam, non  
autem concedere facultatem stipulandi alijs ab iis quibus iure  
concessum est.

Sub opinione autem positum est, an si tibi donum fundum  
vt post aliquod tempus Titio, vel alius restituas postea ante  
acceptationem Titij illud grauamen tollere, & sibi fundum ab-  
solute donare, vel mihi reuocare? Negat alios referens Ant. Gom.  
leg. 40. Tauri num. 29. Duenas reg. 2. 16. Gomez. Aras leg. 27.  
Tauri que est lex 13. tit. 6. lib. 5. recopil. num. 30. Didae. Perez  
lib. 3. ordinam. colum. 1056. Fachinaeus lib. 8. contrones. cap. 80.  
Azevedo dicta leg. 11. a. 18. Ducuntur ex leg. quoribus Cod. de ac-  
tationib. que sub modo, vbi ex prædicto pacto ante acceptationem  
conceditur illi tertio actio vtilis ad rem, at quoties alicui quanti-  
tur actio nequit eo inuito reuocari. argum. Textus in leg. si quis  
ab iniurio Cod. de actionib. et obligat. & alijs ab Ant. Gom. rela-  
tis, & confirmatur, nam in prædicta lege dicitur quæst. illi tertio  
actioem